



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 28. Venetis Crema a Gallis restituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

§. XXVIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1512.*Venetis Crema a Gallis restituata.*

Igitur Gallis in toto continentis imperio *Guic. lib. II.*  
 unica parebat Crema, quam tamen *Marian. l. 30*  
 urbem Veneti dura obsidione premebant, *"n. 55."*  
 quibus etiam Cardinalis Sedunensis ad  
 Papæ preces ingentem Helvetiorum suo-  
 rum numerum submittebat, qui eo for-  
 tiore animi virtute dimicabant, quo im-  
 portunius hanc urbem Mediolanensi Du-  
 catui denuo conjungi postularent; nihi-  
 luminus Helvetiorum fortitudinem præ-  
 vertit Venetorum dexteritas, qui ex ci-  
 vibus quemdam sollicitabant, ut Durasio  
 civitatis Præfecto exponeret, tam pro-  
 priæ ipsius, quam præsidii sui saluti vel  
 maxime consultum iri, si nec Helvetiis,  
 nec Maximiliani Sfortiæ Ministris fidem  
 suam addiceret, sed rem illi bene atque  
 feliciter cessuram, si urbem Venetis red-  
 dendo, illorum arbitrio sese committeret.  
 Durasius his rationibus devictus, cives  
 rogat, ut nomine suo cum Venetis de  
 pace agerent, nec absuit secundus consi-  
 liis eventus; quippe die nona Septem-  
 bris Anno salutis millesimo quingentesi-  
 mo duodecimo Crema Venetis reddita  
 est, ea duntaxat lege, ut Veneti urbem  
 ingressi quindecim aureorum millium  
 summam

**Sæcul. XVI.** summam penderent, cuius ope Durasius,  
A. C. 1512. suique in Franciam redire possent. Itaque Gallis in tota, qua late patet, Italia  
nil supererat, quam Lignatum, Novar-  
rienſis arx, Cremonense ac Mediolanense  
Castrum, cum unico Genuæ propugnacu-  
lo. Tam præclara obsequia Sedi Apo-  
stolicæ ab Helvetiis præstita summus  
Pontifex memori recolebat animo, at-  
que in gratitudinis suæ testimonium illo-  
rum Pagis, quos *Cantones* vocant, ensem  
pileum, clypeum, atque vexillum dona-  
vit, eosque honorificentissimo titulo *De-*  
*fensorum, & Propugnatorum Pontificie li-*  
*bertatis* decoravit.

### §. XXIX.

*Gurcensis Episcopus plena auctoritate  
a Cæsare instrutus Romam  
venit.*

Raphael hoc  
ann. n. 86.  
Michael  
Coccin. de  
bello Ital.  
rer. Germ.  
Basel in  
add. ad  
Nauci,

Cum in Mantuano congressu decretum  
esset, Gurensem Episcopum Romam  
esse mittendum: hic itineri sese accin-  
xit, in cunctis, quas transibat, status Ec-  
clesiastici urbibus exceptus honoribus  
summo Principi debitiss. Ipse Pontifex,  
haud contentus, quod Episcopo, trecen-  
tis licet viris stipato gratuitum decerne-  
ret hospitium, in pleno etiam Purpora-  
torum Senatu proposuit, ut simul omnes  
Cardinales obviam effusi, eundem in Ro-  
manæ